

ista pars. Nam primo ostendit que sunt necessaria facienti perfectam penitentiam. Secundo ostendit que sunt sibi utilia/ibi spe voluptates prima adhuc dividit. Nam primo ostendit quod debet penitens necessario tenere respectu sui. Secundo respectu proximi/ibi ut dimittaris. Dicitur per primo sic quod hec quinque sunt tibi tenenda in perfecta penitentia. scilicet spes venie. contritio cordis. confessio oris. ac peccatorum satisfactio et fuga peccatorum.

Circa textum
dubitatur

Primo quid sit spes
Secundo quotuplex sit spes
Tertio quid sit contritio
Quarto quid sit confessio
Quinto quotuplex est confessio.

Ad primum dubium respondetur quod spes sic describitur. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex dei gratia et meritis propriis pueniens. Vel sic: Spes est audacia mentis de largitate dei concepta habendi vitam eternam per bona merita. Ex quibus diffinitionibus? Primo sequitur quod non est spes de preterito nec proprie de presenti. ut presentis est sed solum de futuro. Secundo sequitur quod non est proprie spes de malo sed tamen de bono. Tertio sequitur quod non de quolibet bono est proprie spes/ sed solum de futura beatitudine. Ad secundum dubium respondetur quod duplex est spes. scilicet spes suffragii que fit respectu beatorum et spes presentie vel proprie auctoritatis que fit respectu dei. unde salvati non habent spem nec etiam damnati/ sed solum homines in ecclesia militantes proprie habent spem. et etiam anime in purgatorio existentes unde illa spes que fit respectu dei est triplex. scilicet spes venie per peccatorum remissionem de qua intelligitur littera. Spes gratie per divine gratie susceptionem et spes glorie per consecutionem eternorum gaudiorum. Ad tertium respondetur quod contritio sic describitur. Contritio est dolor voluntarie assumptus cum proposito confitendi et satisfaciendi. Et dicitur contritio et attritio. Nam attritio est quedam displicentia de peccato commisso/ sed non est perfecta. Sed contritio est perfecta displicentia. Unde non quilibet dolor est contritio: puta contritio habet caput imo nec quilibet dolor per peccatum est contritio. Unde duplex est dolor per peccatum/ quidam est naturalis et ille non est meritorius tamen procedit ex dictamine recte rationis/ alius est voluntarius et actualis qui procedit ex voluntate libere assumente dolorem cum proposito confitendi et satisfaciendi. Ad quartum respondetur quod confessio sic describitur secundum Augustinum. Confessio est sermo per quem moribus latens spe venie aperitur. Item sic secundum Gregorium. Confessio est peccatorum detectio. Vel sic secundum aliquos. Confessio est apertissima coram sacerdote peccatorum declaratio. Ad quintum respondetur quod duplex est confessio. quedam est mentalis que fit soli deo. Et illa est de iure naturali/ alia est vocalis que fit homini ex ore et illa est de iure positivo siue ordinato.

Ad lectū et ad vltimū respondet q̄ satisfactio siue. satisfaccere fm̄ Augustinum sic describit̄. Satisfactio vel satisfaccere est causas peccatorum extinguere vel extirpare et eorum suggestionibus. scilicet. instigationibus aditum. accessum non indulgere sic q̄ homo habeat firmum p̄positum pctā confessā unq̄q̄ committere neq̄ aliqua aha. Et sunt partes satisfactionis duplices qz quedam sunt principales et sunt tres. oratio ieiunium et elemosyna. et quedam sunt secundarie et minus principales vt sunt peregrinationes vigilie castigationes discipline et huiusmodi. Et ille partes secundarie reduciunt ad principales. Nam omnia carnem affligentia reduciuntur ad ieiunium. oia vero spiritualia ad orationem et opera misericordie ad elemosynam finaliter sciendū q̄ duplex est fuga. scilicet fuga fugiendi et fuga fuganda. et scdm̄ hoc dicitur q̄ fuga dicit̄ a fugo as are et fugio is ere /et vtranzq̄ fugam habebit penitens. habebit enim fugam fugandi peccata et hoc per confessorem Scdm̄ habebit fugam fugiendi respectu peccati committendi vlt̄ illius qd̄ possit committi id est habebit firmum p̄positum amplius non faciendi hoc pctm̄ nec aliquod simile.

ut peccata tua dimittas tibi malefactoribus tuis tibi facta indulge
 Et dimittaris alijs peccata remitte
 hominibus emendes homines ipsum offendisse confiteris
 His quod satisfacies quos te ledisse fateris

In ista particula ostendit auctor que sunt necessaria penitenti re
spectu pximi et ponit duas doctrinas dicens q tu peccator qui fa
cis vel facere vis penitentiam debes remittere alijs q tibi malefece
runt Scda doctrina est q satisfacies ill' quibus tu malefecisti

Primo quid sit peccatum

Secdo q̄ sit dīa inter pctm̄ et delictum

Circa Irām
dubítatur

Tertio a quo & ubi incepit pctm

Quarto qualiter homo cecidit in petram

Quinto vtrū damnati in inferno pnt peccare

Sexto quare debem⁹ remittere malefactorib⁹
nostris peccatum

Ad primum dubium respondetur qd peccm fm Augustinu sic describitur Peccm est voluntas rennēdi vel consequēdi qd iusticia vera. vel fm eundem. Peccm est spreto naturali bono et immutabili reb⁹ mutabilibus adherere. vel fm eundem Peccm est omne dictum vel factū vel concupitum contra legem dei Item fm Ambrosium . Peccatum est preuaricatio legis diuine et inobedientia pceptorum . Ex istis diffinitionibus sequit Primo qd peccm principaliter est i voluntate mala vel ex ea pcedit et est voluntariū. Vñ dicit Seneca. qd omne